

deliberato animo admittit et sentit vi-
no inuidie. et sic est mortale peccatum. Vel
trahit per intentionem extra rationem suam
ut quoniam dolor surgit ex causa bona. sicut quoniam
dolet aliquis de bono temporaliter alterius quod
videt illud redundare in detrimentum
anime illius vel etiam in detrimentum com-
munitatis. et dolor talis bonus est. quod
maius bonum est magis appetendum

Capitulum XV.

Ra ex suo genere est
mortale peccatum. quod secundum cassiodorum. Ira est
motus animi peritatus ad penam pro
canti inferendam. Talis autem motus diri-
gitur caritati que non irritat. nec cogi-
tat malum. id est ad chorin. **U** Est
autem ira triplex. Prima est remissus af-
fectus contra primum per quem non dolet de
malo primi. nec gaudet de bono eius
sed sit ei indifferens. et sic non est peccatum
mortale. sed est imperfectio caritatis.
Secunda est actualis impatientia. absque
appetitu vindicte. et talis motus etiam
deliberatiuus est veniale peccatum. quod habet in-
completam rationem ire. Tercia est impa-
tientia cum appetitu vindicte. Et hoc tri-
pliciter. Quoniam enim ira est ex natura. si-
cut in melancolicis in quibus secundum philosophum
continue mordet natura. propter quod semper
sunt turbulenti. et sic nullum est peccatum
cum sit motus naturalis. Quoniam est ab ap-
petitu deliberato et tunc est veniale sicut
aliquis primi motus. quoniam autem est a volun-
tate deliberatiua. et tunc est peccatum
mortale.

Capitulum XVI.

Accidia ex gene-
re suo est veniale peccatum. quia
secundum augustinum. Accidia est tedium eterni boni
hoc autem non opponit caritati sed facit
diminutionem feruoris caritatis. in quo
consistit omne peccatum veniale. Illud ergo tedi-

um vel est motus naturalis et sic nullum
est peccatum. vel est motus appetitus pertri-
stati de ope spirituali laborioso. et sic est
peccatum veniale. Cuiusmodi tedium redundat
in omissionem que sunt necessaria salutem.
vel obmittunt ea ad que tenet quis ut
est horas canonicas persolvere. ad quas
obligati sunt qui sacros ordines perce-
perunt. tunc est peccatum mortale. **A**
Unde thomas de aquino. Sicut inuidia
que est tristitia de bono proximi est
peccatum mortale in suo genere in quantum
contrariatur caritati quantum ad dilectionem
proximi. Ita accidia que est tristitia boni
spiritualis diuini est peccatum mortale ex suo
genere in quantum contrariatur caritati quan-
tum ad dilectionem dei. et hoc verificatur
in omnibus peccatis que sunt mortalia ex
suo genere. sed motus imperfecti in ge-
nere talium peccatorum non sunt peccata morta-
lia. que. scilicet sunt absque deliberatione ratio-
nis. unde tales motus accidie sunt peccata
venialia. nam etiam in uiribus perfectis potest
esse imperfectio motus accidie saltem
in sensualitate. propter hoc quod nullus est
ira perfectus in quo non maneat aliquod con-
trarietas carnis ad spiritum. Sed quoniam affe-
ctus carnalis ira prevallet rationem ut ex deli-
beratione homo tristetur de bono spirituali et
diuino manifeste. talis motus est peccatum
mortale. hoc thomas. Si autem illud quod fit ex
obmissione boni vel difficultate aggre-
diendi bonum ducit in desperationem. tunc
iam accedit ad peccatum in spiritum sanctum. Et
quoniam illud tedium ita crescit quod etiam du-
cit in tedium vite. in quantum quod iniiciat sibi
manus. tunc iam similis erit inde qui
laqueo se suspendit.

Capitulum XVII.

Avaricia dicitur
dupliciter. Uno modo secundum
quod est oppositum iusticie.
et hoc modo ex suo genere est mortale

peccatum. sic enim ad auariciam pertinet quod aliquis iniuste accipiat vel retineat res alienas quod pertinet ad rapinam vel ad furtum. que sunt mortalia. Alio modo potest accipi auaricia secundum quod opponitur libertati alias liberalitati et secundum hoc importat inordinatum amorem diuitiarum. Si ergo in tantum amor diuitiarum crescit quod preferat caritati. ut scilicet propter amorem diuitiarum aliquis non vereatur facere contra amorem dei et proximi. sic auaricia erit peccatum mortale. Si autem homo quibus superflue diuitias amet. non tamen preferat amorem earum amori diuino. ut scilicet propter diuitias non velit aliquid facere contra deum et proximum sic auaricia est peccatum veniale. **S**ed et quod auaricia est immoderatus amor siue appetitus habendi sciendum quod si aliquis appetit aliena appetitu completo. qui etiam procedit in opus si facultas adesset sic est peccatum mortale. Item si quis appetit illicita voluntate completi ut si aliquis indignus conatur beneficii ecclesiastici adipisci. sic est iterum peccatum mortale. Item si quis appetit talia siue sint aliena siue illicita cum voluntate conditionata. scilicet si posset habere sine offensa dei ac iniuria proximi. et tunc vel nullum vel veniale peccatum est. Item si quis simpliciter appetit habere superflua et hoc appetitu suffocante mentem a cura sui et a consideratione diuinorum. hoc est peccatum mortale. Item si quis superfluo amore inheret temporalibus tamen infra amorem dei. hoc est peccatum mortale. Item si quis retinet ea que ad necessitatem suam et suorum pertinent vel ad considerationem sui status et suorum secundum quod decet suam dignitatem. hoc non est peccatum. Item si quis retinet superflua respectu vtriusque iam dictorum et hoc tempore necessitatis extreme alicuius. et sic est peccatum mortale. Item si quis retinet superflua citra extremam necessitatem ex insatiabili

cupiditate sic etiam est peccatum mortale. **P**recipuum autem signum talis affectus est. quod enim quis potius res putrefacti finit quam utiliter alijs dispensaret. quod autem vitium auaritie ydolatrie spectat. de hoc thomas de aquino sic ait. **A**postolus non dicit quod omnis simpliciter auarus non habeat partem in regno christi et dei sed addit quod est ydolorum seruus. illa enim auaritia a regno christi excludit. que spectat ydolatrie. eo quod honores deo debitum exhiberet creature. in quantum in temporalibus bonis finem constituit. quod soli deo debet. nam cupiditas extinguens caritatem est illa. que finem constituit in temporalibus bonis. illa autem que finem non constituit quibus supercedit debitum modum non extinguunt caritatem sed impedit eam in suo actu. hoc thomas. **E**x quibus dictis colligere possumus quod non omnis auaricia sit ydolorum seruus vel peccatum mortale. sed solum illa que extinguit totaliter caritatem. **U**nde auaritia potest esse peccatum veniale in certis casibus ut premissum est.

Ca. XVIII. **B**la est immoderatus appetitus edendi. quod potest esse quatuor modis. **P**rimo si ibi est solus appetitus cibi et hoc nunquam est peccatum nec etiam delectatio in cibo prout est peccatum in quantum ordinatur contra defectum sibi contrarium. hoc enim pure sunt naturalia. in quibus non est meritum neque demeritum. **S**ecundo si appetitui necessitatis adiungatur appetitus delectationis. et voluptatis in cibo. hoc est veniale peccatum. **T**ercio si est ibi transgressio precepti ut cum aliquis sine necessitate soluit ieiunium ecclesie. vel religiosus comedit carnes. cum hoc in suo ordine sit prohibitum sub precepto. sic est peccatum mortale. **Q**uarto si appetitus